



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opervm ...

Agobardus <Lugdunensis>

Parisiis, 1666

IV. Ex Praecepto Ludovici II. Imperatoris, per quod monasterio Casauriensi donat nonnullas res. Ex eodem Chartulario, unde etiam editum est Tom. V. Spicilegij pag. 379.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14657

& alij omnes supradicti similiter dixerunt quòd eam ve-
 latam vidissent. Et qualiter dixerunt, ad sancta Dei
 Evangelia juraverunt quòd veritatem dicerent. Hac
 inquisitione facta, tunc nos qui suprà auditores interro-
 gavimus ipsum Sisenandum & prædictam Gundi quid
 contra inquisitionem ipsam dicere vellent, aut si verita-
 tem testificaverunt aut non, vel si ipsi omnia dixissent.
 Qui dixerunt quòd adversus ipsam inquisitionem nihil
 dicere vellent, eò quòd non possent, & veraciter testi-
 ficaverunt, & idonei sunt. Et ipse Amelfredus professus
 fuit quòd ei eam ad legitimum ipsam Gundi uxorem
 suam tradidisset matrimonium. Cum hæc omnia taliter
 factum & adimpletum fuisse, paruit nobis omnibus qui
 suprà auditoribus esse rectum. Et judicavimus ut juxta
 legem, & secundum dictam inquisitionem, ipsam Gun-
 di & omnes reditus & substantiam suam pertinere parti
 Palatij. Et ipse Sisenandus daret guadium de solidis sex-
 centis. Et prædictus Amelfredus mundualdus, qui in hac
 illicita conjunctione consentiens fuit, & eam tradidit,
 daret guadium de solidis centum quinquaginta. Quod
 factum est, & definitum est. Et hanc notitiam pro secu-
 ritate Domni Imperatoris scripsi ego Garifuso Notarius
 in anno Domni Ludovici Imperatoris $xxiv$. mense
 Decembri, per Indictionem vii . † Signum manus
 Heribaldi Vicecomitis Palatij, qui ibi fui. † Ego Eri-
 fredus ibi fui. † Ego Aloini ibi fui. † Ego Sindolfus ibi
 fui. † Ego Maiolfus ibi fui. † Ego Liuteri ibi fui. † Ego
 Maiepertus ibi fui. † Ego Adelpertus ibi fui.

I V.

Ex Præcepto Ludovici II. Imperatoris,
 per quod monasterio Casauriensi
 donat nonnullas res.

*Ex eodem Chartulario, unde etiam editum
 est Tom. v. Spicilegij pag. 379.*

NEC NON etiam & res quæ fuerunt Gundi uxoris
 Iustoni, id est, Curte de Monatiano, & cuncta
 E e

portione ejus quam à viro suo Iustone in dote acceperat. Quæ Gundi post velamine religionis in adulterio copulata, in placitum ante judices sacri Palatij legaliter devicta est.

V.

Indicium aliud in eadem causa, latum
anno DCCCLXXVII.

Ex eodem Chartulario.

*Placitum de rebus Gundi & Iustonis in villa
Fiola, Colle, Superone, Badulato,
Perulo, & Fleccine.*

IN Christi omnipotentis nomine. Notitia Iudicati. Dum resideremus nos Ildebrandus Auditor Vvidonis Comitum, & Ello Castaldio, Zangolfus Castaldio de Firmo, per missum & demandatum Vvidonis Comitum in placito intra civitatem Theatinam, ad singulorum hominum causas ad audiendum, vel ad deliberandum. Residentes ibidem nobiscum de Francia Anseri & Guarnato Castaldiis, Erifredus, Astroaldo, & Vvido, Albertus, Ainfredus, Ildebrandus, Aderisius, Domi. Scabinus de Furcone, Adelpertus Castaldio, Maio, Vvarimpoto, Maiolfus, Vvalpertus, Rodepaldus, item alius Maio, Anno Scabinus de Teate, Ofteramo & Ildeperto & Sindolfus & Vetroaldo Scabini de Pinne, Eriemari, & Cherisi, Corbinus, Asfredus, Siolfus, Rodelandus, Arderadus, item alius Corbinus, Aldoini, Madelpertus & Benedictus Notarij de Pinne, Gifelpertus & Leo Notarij de Teate, Protogari, Prando, Teodenandus, Rodebrandus, Teuspaldo, Arepaldus, Benedictus, Arnoaldus, vel alij plures homines astantes. Ibiq̄ue veniens Romanus vir venerabilis Abbas de monasterio sanctæ Trinitatis, quod situm in insula Piscariæ, loco qui dicitur Casauris, unâ cum Garifuso Notario Advocato de prædicto monasterio. Et querellati sunt super Amelfrido & Vvaguino & Petro